

Verborum querendam illius non facilius il- laſtratio.

ta verba declarant: & locis ſtatui præſati Regis im- portantes. Quorum eſt ſenſus, Eccleſias tales de- bere eſſe, quæ locis aut ſtatui præſati Regis im- portant, ſeu momenti conſiderabilis ſint; quod nos dicimus, Coſa de importancia, quales Eccleſiæ paræ non ſunt, & loca alia dicta. Quamquam textus videatur obſcurus, neque eodem modo ſemper legatur apud citatum Auctorem. Capite enim ſecundo citato, in quo Bulla integrè exſtat, ſic legitur vt à nobis propoſitum. Capite autem 23. num. illo 40. ſic: Et locis præſati Regis impor- tantibus: vbi & vox ſtatui omittitur, & in partici- pio caſus variatur, ac ſenſus parùm redditur ex- peditus: qui tamen expeditior videtur, ſi lega- mus; & locis ſtatui præſati Regis importantes: vt poſtulationi de locis piis ſine licentiâ Regum non erigendis reſpondere videatur. Monasteria autem nomine magnarum Eccleſiarum poſſunt conuenienter intelligi, aut etiam piorum loco- rum: vtrumque enim habent, & res, vt more lo- quamur noſtro, importantiæ eſt magnæ; vnde ſine Regis licentiâ nequeunt ædificari. Et ita praxis obtinuit, vt idem Auctor affirmat.

Proreges in licentiâ cõ- ceſſione grauius peccare.

Fr. Ioan. Baptiſta re- darguitur, circa illud

156 Iuxta hæc ergo ſufficienter intelligitur peccare Proreges, & quidem in re graui, licen- tiam ædificandi contra prohibitiones Regias concedentes. Vnde iam non habet locum, quod tradit Fr. Ioannes Baptiſta in Animaduſionibus Hiſpano-Latinis pro Confeſſarijs Indorum fol. 307. s. Dari etiam, poſſe ſcilicet cum ſolâ Proregis licen- tiâ Religioſos Coenobia conſtruere, etiam relu- ctantibus Episcopis, & quidem cum ſcribebat hic Auctor, iam prohibitiones extabant, vt pate- bit conferenti Libri publicationem, & reſcripta, quæ adducit Dom. Solorzanus Cap. 23. citato n. 26. & ſeqq. Sed quidquid ille dixerit, jam non licet circa rem iſtam dubitare. Eſt inſuper ratio alia, ex quâ conſtat peccare Proreges in huius- modi conceſſionibus: nam Rex ſolet ædificia, quæ ſine illius ſunt licentiâ conſtructa, deſtrui penitus imperare: ex quo damna Religioſis, aut Fundatoribus, non leuia proueniunt, expenſa- rum ingentium fruſtratione. Et licet Reges no- ſtri, quæ illorum eſt eximia pietas, contra ipſo- rum voluntatem erecta ædificia ob precum in- ſtantiam non ſemel ſuſtinenda cenſuerint: non tamen ſemper ita factum; ſed neque faciendum poſteſt quis ſibi prudenter perſuadere.

Item ſi an- te poſſeſſio- nem officij, iuriſdictio- nem exer- ceant.

157 Quarta, peccare item grauius, iuxta materiæ grauitatem, ſi ante aſſumptam officij poſſeſſionem, quod oſtenſis titulis in loco à Re- ge deſtinato fieri debet, iuriſdictionem exer- ceant. Licet enim circa hoc opinio probabilis fuerit, iuxta quam poſt ingreſſum in Prouinciam poſſunt Magiſtratus iuriſdictionem exercere, pro quâ plures & Doctores & rationes adducit D. Solorzanus Lib. 4. Cap. 11. num. 2. & ſeqq. & in Politicâ Lib. 5. Cap. 14. Non tamen poſteſt illa ſubſiſtere, quando Principis circa hoc eſt expre- ſa decifio: in claris enim & manifeſtis non eſt

locus diſputationi, neque eſt neceſſitas inueſti- gandi mentem per coniecturas, L. Continuus & ibi Gloſſa, cum aliis Textibus & Auctoribus; quos adducit Petrus de Luna Conſilio 37. num. 4. Pro quo & faciunt adducta à Dom. Solorza- no ſuprà Cap. 3. num. 49. ſunt autem aliqua Regia reſcripta circa præſentem caſum, quæ videri poſ- ſunt apud D. Solorzanum citato Cap. 11. num. 25. & 36. quod & praxis receptiſſima comprobauit: vt de hoc non videatur poſſe dubitari. Dubita- uit autem Doctor Saz Carracſcus, laudatus aliàs Iuriſconſultus, Principis Squillacenſis Aſſeſſor, & Senator poſteâ Panamenſis: nec ſolum dubi- tauit, ſed intrepidè oppoſitum aſſeruit, & ſcripto vulguit ad Il. Reſopilat. Cap. 9. à num. 9. ad 15. Et quidem ſi ad Textus, qui adduci pro Indiis poſ- ſunt, verofimilis reſponſio ſit, res in terminis iuris communis relinquatur, & opinio iſta ſatis proba- bilis eſt; cum & Textus & Auctores habeat minimè contemnendos.

Op poſitum viſum ve- rius docto iuriſcon- ſulto.

158 Ad ſchedulam ergo Anni 1555. in quâ ſtatuitur Sexennium, quod Proregnatui aſſigna- tur, computandum à die aduentus in ciuitatem Regum, & captam muneris poſſeſſionem: dici poſteſt computandum quidem ab illo die poſſeſ- ſionis ſolemniſter captæ, & citra omne dubium & opinionem: quod quidem Rex ita diſponere potuit, cum poſſet & aliter, vt in officiis aliis fieri ſolet, in quibus ſumptæ poſſeſſionis tempus non ſolet in Indiis obſeruari. Praxis autem iuxta opi- nionem ſecuriorem procedit, & vt bellum iuſtum ex vtraque parte videtur, inter ſucceſſorem in- quam & deceſſorem, ſi vterque velit probabili ſe opinione tueri.

Et ad Tex- tum vreg- tiorum pro Indijs re- ſponſio ad- hibetur.

159 Quinta, & vltima. Peccabunt etiam grauius Proreges Indici ſi contra Regiam pro- hibitionem, quæ extat, per terram iter agant, vt ad ciuitatem Curiz Sedem perueniant, cum agere per mare debeant, ne grauent populos, & Indos præſertim, in quos ſemper talium condu- ctionum onera congeruntur. Pro quo videndus Dom. Solorzanus citato Cap. 11. num. 31. & 32. & in Politicâ pag. 889. s. 1. paraque. Dubitari enim nequit quin materia grauis ſit, nec de inten- tione grauandi eorum conſcientias, quando ex non factò dicta grauamina ſubſequentur. Quod tamen regulariter iatelligendum eſt: ſi enim aut fortium periculum, aut grauis infirmitas aliud fa- ciendum cogat, id nequit non voluntari Regis eſſe conforme. Tunc autem nullius labor ſine mercede relinquendus, aut datum quidquam ſine pretio: nullus enim tenetur Proregi ſuis ſtipendijs militari. Et quidem ſatis inauſpicatum interpre- tari poterunt ſuæ gubernationis exordium, ſi eam miſerorum grauaminibus auſpicentur. Neque ego de illis plura, ſatis contentus, ſi quæ de ipſis diſſerui, ab eisdem diligenter obſeruentur. Iam ad alios, ſed proximiores illis, ſtylum noſtrum tra- ducamus, de quibus agentes, quæ pro ſyndicatuſ deſiderari poterant, tribuemus.

Non poſſe per terram iter facere contra pro- hibitionem.

In quo & graue pec- catum.

TITVLVS IV. DE REGIIS AVDITORIBVS, SEV INDICARVM CANCELLARIARVM SENATORIBVS;

Et de iis, quibus illorum Conſcientiæ, obligationibus prægrauantur.



Unt quidem illæ, nec pauca, nec leues, ut aliqui eos, hæc ex par- te, parùm felices arbitrentur; licet oculis inſipientium fortuna- tiſſimi videantur. Et communis quidem exiſtimatio minimè illis fauorabilis eſt: contra quam tamen poſſunt Chriſtianè ſe- gerentes, alii in Dei oculis apparere. Noui Togatum virum duos habentem filios, quorum natu maiorem Iuriſpruden- tiæ ſtudio propenſiorem videns, genio ſeruire permiſit: Mi- norem autem Theologiæ ſtudio omninò ſuaſit, & fecit in- cumbere, dicens: Hunc ſaluari cupio: cupiebat etiam & alium; ſed ſic agens, ſatis quid de ſuo ſentiret periculo, declarauit: Quod eſt ſatis conforme iis, quæ habet Dom. Solorzanus Lib. 4. cap. 4. num. 45. Et erat ille doctus, moderatus, & conſcientiæ non incurioſus ſuæ, Sacramentis frequenter utens, & certè talis, quales vtinam omnes Togati Proceres mitterentur. Pro illis ergo ſit

CAPVT I.

Circa Indicorum Auditorum vitæ moderationem excuſio.

Vita probi- tas & ex- plia maxi- me in Au- ditoribus Indiciſ ne- ceſſaria.



Uæ de ſupremi Conſilij Dominis Titul. 2. à nobis diſputata ſunt, eadem ferè ipſa Indiciſ Auditoribus applicanda. Niſi quòd iſti ad maius aliquid quoad morum præſtantiam, & vi- tæ exemplum, videantur debere ſtrenuè, & dili- genter adſpirare. Cum enim in longinquis re- gionibus Regiæ Maieltatis Authoritatem repræ- ſentent, vt homines in officio contineant, ſpecia- libus proſectò debent morum ſplendoribus co- ruſcare: Metus cuncta componit, ſi reus crimen in iudicante non inuenit. Vt Caſſiodorus loquitur Lib. 9. 19. Aliàs viles populis, & contemptui ha- biti, Regiam auctoritatem in manifeſtum diſeri- men adducunt. Pro quo Siracides, & per eum Spiritus Sanctus, ita loquitur Eccli. 10. v. 1. Iudex ſapiens iudicabit populum, & principatus ſenſati ſtabilis erit. Vbi iudicis nomine Principem intelligi communiter obſeruantur interpretes. Videantur Paulus de Palacios, P. Cornelius, & P. Oliuerius. Vbi Tygurina, & complutenſis, ita legunt: & principatus prudens protenſus erit. Quod ita expo- nit P. Cornelius: Puta; extendit ſe ad multas gen- tes, & multos annos. Id, quod nulli melius, quam Catholicis Hiſpaniæ Regibus adaptaueris, qui imperium ſuum à mari vique ad mare, & à flu- mine vſque ad terminos orbis terrarum propa- garunt. Sed pergit Siracides, & quomodo, quod

Caſſiodor.

Eccli. 10. v. 1.

P. Cornel.

Inde prin- cipatus In- diciſ conſer- uat, & propagatio.

acquiſitum eſt, conſeruari queat, luculenter o- ſtendit: Secundum iudicem populi, ſic & miniſtri eius, verſ. 2. circa quæ Palacios ita ſcribit: Hic docet Principem virtute præſtantem, ante omnia ſummâ curâ ſibi de miniſtris egregijs prouidere. Sic ergo & dilata- bitur, ſeu protenus erit principatus, & temporis diuturnitate florebit. Pergit adhuc ille ſic dicens: Rex inſpiens perdet populum ſuum, & ciuitates inha- bitabuntur per ſenſum potentium. verſ. 11. Vbi citatus Oliuerius ita ſcribit: Perdit Rex inſpiens populum ſuum, quia ſibi ſtultitiâ ſimiles adlegit reipublicæ mode- ratores, & inferiores iudices, qui ſtatum poliiticum ſun- ditus euertunt. Sic ille. Sic & ſcimus ſtultorum miniſtrorum, (& omnes ſanè vitioſi ſtulti, quia omnis peccans eſt ignorans, vnde Scripturâ paſ- ſim vitioſos ſtultorum appellatione traducit) peſ- ſimâ agendi ratione multas ingenti labore partas ciuitates, & prouincias periſſe.

verſ. 2.

Palacios.

verſ. 11.

Sicut eur- ſio à non talibus.

2 Accedit id, quod inculcatum aliàs, noui- tiam fidem eſſe in Indiis, & de illâ firmandâ, ac propaganda tractari: Vnde ii, ad quod maximè negotium iſtud omnium grauiſſimum ſpectat, probitatis omnigenæ debent luminibus prælu- cere. Quid Indus? Quid Æthiops, magnum de fide Chriſtianâ concipiant, qui in Senatoris fa- mulitio verſantes, non ſolum teſtes, ſed miniſtri multorum flagitiorum eſſe compelluntur? Cum hæc ſcribo Æthiops quidam agrè ad Baptiſmi ſuſceptionem adductus, qui illum ſibi neceſſarium non eſſe contendebat, ſed in ſuâ ſe poſſe quali- cumque religione ſaluari, eò quòd qui neceſſita- tem nouæ religionis obicerent, & nouæ legis cu- ſtodiam, non eſſe certum id, quod dicerent, ope- ribus demonſtrarent. O vtinam Proreges om- nes eò zeli ardore ſeruèrent, quo ſcimus vnum è magnis Hiſpaniæ Dynaſtis Indico Præfectum regiminis ſeruiſſe. Auditorum namque turpi- bus,

In Indijs de fide ſtabili- endâ agitur. Inde in præ- ſatis obliga- tio.

Recentior caſus.

Proregis
laudabilia
reſolutio.

bus, & contra coniugii jura, amoribus irretitum, præmonitum tamen, & emendationem certiffimam promittentem, cum ſecus facientem obſervaret, in Hiſpaniam inflexo brachio remiſit; ad Regem ſcribens tales homines in terris huiuſmodi eſſe nimium quantum exitioſos, & ita alibi pro Regio arbitrio minus periculoſe occupandos. Friget in illis, & ita emortua eſt fides, vt ex illa nullus poſſit momenti magni fructus expectari. Pro quo ſic Auſtor, qui nomine S. Sixti librum de malis doctoribus ſcribit, & habetur Tom. 5. Bibliothecæ Patrum, Parte 2. Qui credit Deo, attendit mandatis eius, & qui conſidit in illo, non minorabitur. Eccli. 32. v. 28. Si illum credere dixit, qui mandatis attendit, illum ſine dubio incredulum expoſuit, qui non attendendo contempſerit. Hoc & Beatus Ioannes Apoſtolus: omnis, inquit, qui in eo manet, non peccat; & omnis, qui peccat, non vidit eum, nec cognovit eum. 1. Ioan. 3. v. 6. unde intentius cognoſcendum eſt, an fidelis haberi debeat, qui iuxta Apoſtolicam definitionem Deum ignorare cenſetur. Cui enim in dubium veniat, quod ubi futurorum fides eſt, illis tam æternæ beatitudinis deſiderium ſit, quam pœnæ perpetuæ timor, & vbiſcumque hæc duo fuerint, diſſicilis erit cauſa præuariationis, dum eam aut incorruptibilem honorum amor, aut indiſcipientium ſuppliciorum terror excludit, & vbi facile delinquitur ubi futurorum nec deſideratur aliquid, nec timetur. Sic ille.

Circa electionem ac-
curatè tra-
bandum.

Nō eſt om-
nis præten-
ſio damna-
bilis.

Caſiodor.

Inſigne
Præſentis
exemplum.

3 Iam, vt tales ſint, oculata prouideat electio, ne id accidat in iudicibus, quod in mercibus ex Europâ conuectis experimur. Quæ enim in ſerio, pannis, linteis, ac ſimilibus, aut rupturis, aut maculis deteriora inueniuntur, aliis intermixta, & ſic occultato vitio, tranſmittuntur. Vt in eo Europæi videantur eſſe iudicio, Indiis qualiacumque ſufficeret. Et certè, vt idonei iudicari non debeant, ipſa poterit ambitio argumentum eſſe ſufficiens. Non damno muneris huiuſmodi candidatos, quibus ornamenta doctrinæ, & probitatis, cum ſuppentat modeſtè ſe, & reuerenter inſinuant. *Humanæ mentis felix illa conditio eſt, quæ arbitrium proiectionis ſuæ, intra terminum moderationis includit*, verba ſunt Caſiodori Lib. 7. 26. Pro quo iuuat rarum, ſed memorandum exemplar propoſuiſſe. Illuſtris Eques D. Ludouicus Quinones, abſolutis cum laude iuriſprudentiæ ſtudiis, & literariis honoribus cumulatus, ex Peruuii in Regiam Curiam ſe contulit, prætenſorem acturus. Et erat ille honeſtiſſimis moribus iuuenis, qui in nobilitate tantâ luminofius radiabant. Cum ergo Matrici auditurus ſacrum eccleſiam cœpiſſet introire, turbam pauperum in ipſo veſtibulo ſtupem poſtulantium conſpicatus, ſic apud ſe cogitans loquebatur: *Quantò erit melius Chriſti pauperibus, & in illis Chriſto ipſi, aurum & argentum dilargiri, quàm illud aulicis, & aulicorum famulis tribuiſſe? Quidquid bonæ fortunæ ſpero, à Dei pendet voluntate: & ad illam mihi conciliandam meliores iſti profeſſor quàm illi patroni. Sic fatuus copiam aureorum apud ſe inuentam, totam, quanta erat, diſperſit, & dedit pauperibus, vt iuſtitia eius maneat in ſæculum ſæculi Pſalm. 111. Et nouo illo liberalitatis genere exciti pauperes, benefactorem ſuum præcones omni exceptione maiores, plurimis audientibus, celebrarunt. Factum ſic, vt ad primam libelli ſupplicis exhibitionem, cum meritum*

allegatione, in Auditorem ſuit Cancellariæ Quinens electus, & Alcantarenſis militiæ Equeſtris honoribus decoratus. Obiit Quinens in vrbe, ætate immaturâ, ſed eximiarum virtutum exemplis, velut quodam ad felicitatem compendio multis impletis temporibus, conſummatum.

4 Talis profeſſor prætenſionis modus dici ambitioſus nequit; à quo tamen longè abit ille, qui venalitate conſiſtit. Munus hoc, vt dixi, & doctrinæ, & probitatis honeſtamenta requirit: vbi illa, pretium eſt condignum. Qui enim pecuniæ ſuffragio nititur, ſatis oſtendit minimè illa ſuffragari. Repellendus ergo, neque huiuſmodi monſtris locus tribuendus. Pro quo D. Iſidorus Peluſiota Lib. 1. Epistol. 485. ita ſcribit Iſidoro cuidam: *Quod ſi, vt verò conſentaneum eſt, pecuniæ imperia emergantur (quæ barbarus etiam quicquid emens non modo prohibetur, ſed etiam grauiſſimo ſupplicio mulclatur, ſi pecuniis dederit) vt ſic quoque Cappadocibus dumtaxat imperent, qui hoc merentur, vt ſuis vinciantur catenis. Sic ille. Clamandum & iterum; Retundatur ambitio cœca cupientium: Proterua refrænatur audacia, qui honorem per nefanda deſiderat, amiſſa potiùs opinione turbetur. Sic Præfeſtus Prætorii verbis Caſiodori Lib. 1. 2. 7. Vbi & addendum illud, quod vnam verè dici noſtris temporibus poſſit: Vos autem, quos ad publicas adminiſtrationes peruenire noſtra ſciti electio, de actio- num honeſtate conſidite. Quia vos nulla venalitas excludit, ſi probitas continuerit actio- nis. Sic ille, conſonans Claudio, dum canit: *Emitur ſola virtute poteſtas. Virtute, inquam, maritatâ doctrinæ. Pro quo valdè debet Regalium miniſtrorum prouidentia vigilare. Erubescant non raro tribunalia, in eruditis ſeſſoribus obſcurata. Sententiarum deſperatur rectitudo, vbi ſapientiæ lumina non præfulgent. Et vt bonis Aduocatis adhareat Iudex, indecorum certè eſt cæcorum more procedere oculis alienis, quando etiam pro parte aduerſa eruditus Aduocatus adſunt, nec facultas eſt in eo diſſidio, quid ſit iuſtius, iudicandi. Vbi & audiendus iterum Caſiodorus, digniſſimus qui millies loquens audiatur. Lib. 8. 18. Profeſſionem conſtat eſſe iuſtitia legum peritos iudices ordinare; quia vix poteſt negligere, qui nouit æquitatem; nec facile erroris vitio ſordescit, quem doctrina purgauerit. Et inferius. *Aſſideat tibi propria, & exercitata doctrina. Modo eſt felix, & certa conditio negotiorum, quando ille ſententiam dicit, qui non poteſt ignorare quod eligit. Non enim decet iudicem miniſtrum eſſe voluntatis alienæ. Sic ille.***

5 Doctrinæ autem caſtitas præcipuè adneſtenda, ſic enim incorrupta prorfus iudicia proferuntur. Duobus inhoneſtis iudicibus in Sulanam immani libidine inſanientibus Daniel à Deo damnandis, & dignè puniendis adlegitur: *ad quorum alterum ſic locutus ille: Inueterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua, quæ operaberis priùs, iudicans iudicia iniuſta, innocentes opprimens, & dimittens noxios. Daniel 1. 3. v. 52. & 53. Dan. 11. v. 52. & 53.* Ecce luxuriæ progeniem, iniuſtitiam multiplicem, vt nec Deum timeat, nec homines vereatur. Huic ergo aleganda: peſti caſtiſſimus adest Daniel, vt immaculatæ ſententiæ caſtatis adminiculo pronuntientur. Pro quo ſic D. Maximus homilia 1. de accurato Chriſto: *Multum de Deo pudicitia*

Venaliſſus
pro huius
modi officiis
quàm ſu-
turpi.

D. Iſidorus
Peluſiota.

Caſiodor.

Solis meri-
tis admi-
tendum.

Inſcitia in
talibus
quàm pu-
denda.

Doctrinæ
caſtitas ad-
neſtenda, à
quæ immo-
dulate ſen-
tentia.

D. Maxi-
mus.

Caſtitati
modeſtia
copulanda.

Pſalm. 46.
v. 10.

Ingens hu-
milittatis
faſtigium.

Virtus
Chriſtiana
ad omnes
ſpectans.

Math. 11.
v. 29.

Iſaia 20.
v. 1.

Ab ea-
lieni ad
diabolum
pertinent.

Indiarum
propria au-
ri facta
fames.

Iſaia 28.
v. 1.

Inde iuſti-
tia reme-
ſta.

caſtita conſequitur, cum iudicem Virginem promeretur. *Secura enim eſt de victoria caſtitas, cui eſt iudicatura Virginitas. Pudicitia autem cauſam, niſi vir pudicus audire non debuit, talem enim arbitrum meretur caſtitia. Sic ille.*

6 Caſtitati deinde modeſtia comes adhareat, quæ faſtum, & jaſtantiam moderatur. Notata in iis, de quibus agimus, indicis dignitatibus, mali iſtius labeſ, vt de illis dictum à Prophetâ Regio videatur Pſalm. 46. v. 10. *Quoniam Dii fortes terræ vehementer eleuati ſunt.* In quò quidem nimis errare ſolent; ſic enim contemptibilioreſ fiunt, & graties non ſemel deſpectionum moleſtias patiuntur. Quas dum vindicare pergunt, turbæ excitantur non leues, & odia ac perſecutiones implacabiles concitantur. *Ingens eſt humilitatis faſtigium; ac contra ingens arrogantie ruina.* Sic D. Iſidorus Peluſiota lib. 3. epistol. 68. *ſit ergo magnum licet digniſſimi faſtigium, in quo iudici Senatores excellunt, credant ſe altiùs poſſe conſcendere; ſi ſe humilitatis beneficio ſtudeant promoueri. Si minus, in ipſo faſtigio corruent, & in ipſa erunt viliffimi dignitate. Humilitas virtus Chriſtiana eſt: quod ſi ſe illi Chriſtianos & eſſe & haberi deſiderant, Chriſtum debent; non Monachos aut Eremitas tantum, ſed omnes ita alloquentur; *audire; Diſcite à me, quia mitis ſum.* & humilis corde; & inuenietis requiem animabus veſtris. Math. 11. 29. Iudex ille viuorum, & mortuorum: vnde & iudices diſcere ab eo iudicialis dignitatis ornamenta poſſunt; & ſunt illa mititas, & humilitas: ſi ſecus egerint, ad huius mundi Principem potiùs ſpectaturi. *Ingreſſus eſt Tharthan in Azorum, cum miſiſſet eum Sargon Rex Aſſyriorum. Iſaia. 20. v. 1. Quod ad moralem intellectionem trahens Diuus Hieronymus, ita ſcribit in eum locum: *ſonare cognoſcimus Tharthan, Turrem dedit, vel ſuperfluus, ſue elongans. Sargon autem Princeps horri. Hic Rex Aſſyriorum, quem ſupra legimus ſenſum magnum (propter ſuperbiam Diaboli) habet duces plurimos: quorum vnus eſt Tharthan elatus in ſuperbiam, & longè procedens in ſcelere, & amplior ceteris: & mittitur ad impugnandum Azorum. Qui Hebræicè interpretatur ignis generationis, expugnatque dux Regis Aſſyrij eos, qui generationi & libidini ſeruiunt. Sic ille. Vt videant ij, de quibus nobis ſermo, ad quem pertineant, ſi à Chriſtiana humilitate, quæ caſtitate habet ſociam, ſicut jaſtantia luxuriam, abhorre ſe factis, licet non verbis, fateantur.***

7 Eſt autem ſingulare Indiarum malum in Iudicibus auri, argenti que cupiditas, quæ regnante, indubitatum relinquitur iuſtitia parocinium expirare. Iſaia 28. v. 1. *Ve coronæ ſuperbiæ, ebris Ephraim, & ſtori decidenti gloriæ exultationis eius. Ecce ebrietatem exprobratam coronæ ſuperbiæ, Ephraimitis, quo nomine Samariæ regnum indicatum communiter affirmant interpretes. Nec quibuslibet, ſed coronæ, iis videlicet, qui dignitate inter alios præcellerant. Vbi notatu digna lectio ſeptuaginta occurrit, quæ pro Ebris, Mercenarij habet, & leſtionem iſtam vulgatè concinere doctè oſtendit P. Gabriel Aluarez in eum locum: mercenarij enim homines, & operarij viles, ſolent frequentius inebriari, dum poſt operam, & laborem vires deperditas volunt recuperare; & reuerà vires potiùs oppri-*

munt, & deperdunt. Vnde vtraque ſignificatio ab Spiritu Sancto prouila, & propoſito idonea: *Nam reuerà Ieroboam, & ij, qui à reliquis Tribubus diſceſſionem eſſeſtere, ad mercedem, & lucra temporalia reſpexere, vt patet ex Hiſtoria diuina 3. Reg. 12. v. 26. ſic ille philoſophatus. Auaritiæ ergo in coronâ ſuperbiæ notata, in Magiſtratibus notæ ſublimioris. Vbi ergo illa, ibi & ebrietatis & iuſtitia violatæ frequentia. Vnde & ſeptuaginta ſic vertunt: *Ve coronæ inuiriæ, mercenarij Ephraim.* A talibus enim iudicibus vino auaritiæ ebris nihil poteſt aliud expectari Et Diuus quidem Hieronymus Iudam hoc loco ſpectatim notatum tradit, qui ex tribu erat Ephraim in quâ Iſcarioth, & ita pro eo ita ſcribit: *Ebris autem ſuit proditor, non vino, ſed auaritiâ, & ſurore aſpidum inſanabili, & Diaboli cibo, qui poſt buccellam introiit in eum. Ioan. 13. v. 27. Vt videant iudices excellum adepri locum, quem ſequantur ducem, dum auaritiæ vino ebris, & veneno aſpidum inſanabili miſerorum iniurias corde & opere meditantur. Quia verò circa hoc frequens occurrit periculum, de illo in ſpeciali oportet diſſeramus.**

CAPVT II.

Quomodo Togati iudices in munerum receptione delinquant.

8 **A**D hunc ſcopulum iudicum naues frequenter impingunt, quem licet ſciamus vitale quamplures, timendum eſt, ne alios tempeſtas hæc blanda, ſed valida, ſine remedio tabulæ alicuius illidat. Vbi munerum dominantur illecebræ, de iuſtitia actum merito coniciamus. *Veriſſima res eſt, ad quam iuſtitia exploratur. Si hunc amiſerit, ius quaſi habere, ac ſententiam adulterare minimè reuſabit. Verba ſunt Diui Iſidori Peluſiotæ lib. 3. epistol. 396. Pro quo, & Caſiodorus lib. 7. 1. *Gladus conditur, ubi aurum ſuſcipitur. Tu te inermem reddis, ſi à virili animo, cupiditate reſceſſeris. Et lib. 9. 24. Rara eſt in hominibus manus clauſa, & aperta iuſtitia. Sic ille. Hac de cauſa munerum acceptio legibus diuinis, & humanis magno verborum pondere, & pœnarum comminationibus reprobata. De quo dictum Tit. præced. cap. 4. Vbi & de Auditoribus, ac Togatis aliis ſimiliorem verò doctrinam congeſſimus, iuribus, auctoribus, & rationibus, iuxta noſtrum modulum illuſtratam, & pro ampliori eruditione**

9 Dico primò. Iuramentum, quod Togati, & alij de non accipiendis muneribus emittunt, non plus obligat extenſiue, quam leges ipſæ. Quæ ergo licet accipi poſſunt iuxta dicta citato cap. 4. etiam ſtante iuramento licent. Ratio eſt, quia iuramentum cadit ſupra legem ſecundum illius obligationem, & ita vbi legis obligatio non eſt, ad alia non extenditur. Sic cum gubernator iurat ſeruaturum ſe leges, & ſtatuta, de illis intelligitur, quæ ſunt in vſu, & non de aliis, vt docet P. Suarez de Religione Tomo 2. lib. 2. de iuramento cap. 32. num. 11. & iurans reſidere, abeſſe poteſt ad iura ſuæ Eccleſiæ, aut dignitatis tuenda, iuxta eundem & alios num. 10. Quod ſiquis cum iurauit, tale non adhibuit reſtrictionem, ſed ſimpliciter munera ſe non accepturum: nihilominus

70. Lectio.

Dux talium
Iudas.

Vbi accep-
tio mune-
rum, ibi &
violata
iuſtitia.

Aſertio 1.
Iuramen-
tum Audi-
torum non
obligare
amplius
extenſiue
quàm lex.

Ad ſtatuta
quæ non
ſunt in vſu
generali
non exten-
duntur.